

Andreä, Johann Valentin

Cento Ovidianus De Fratribus Roseae Crucis

[S.l.] 1618

H.g.hum. 8

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10434617-6

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Daten systemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

12-2
CENTO
OVIDIANUS

DE
**FRATRIBUS ROSEÆ
CRUCIS.**



Eodem Authore

F. G. MENAPIO.

MDCXIIX.





CENTO

OVIDIANUS

DE

FRA TRIBUS ROSEÆ
CRUCIS.

Dlvitis ingenii est immania cesaris acta
Condere, materiâ ne superetur opus.
Cesaris arma canant alii: nos carmina Fratris
Collegii Roseæ non referenda Crucis.
Quisquis es, ô faveas, nostrisq; laboribus adsis,
Alloquiog; juva pectora nostra tuo.
Unde petam causas horum, moremque sacrorum,
Diriget in medio quis mea vota freto?
Sive die laxatur humus, seu frigida lucent
Sidera, prospicio quis freta ventus agat.
Ipse mone, qui nomen habes à carmine ductum,
Propositoq; fave ne tuus erret honor.
Annue conanti per laudes ire tuorum,
Deq; meo pavidos excute corde metus.
Obscuris Frater fer opem mitissime rebus:
Difficilis causa mitte patrocinium.
Da mihi te placidum, dederis in carmina vires,
Ingenium vultu statq; caditq; tuo.

B 2

Ergo

Cento Ovidianus

go ades, & placido paulum mea carmina vultu
Respice, pacando si quid ab hoste vacas.
im tibi sint Fratres, fratres alciscere laesos:
Cumq; pater tibi sit iura tuere patris.
eficit ingenium, majoraq; viribus urgent,
Hac mihi precipuo est ore canenda dies.
go erit illa dies, quatuor pulcherrime rerum
Quatuor in niveis aureis ibis equis.
ectabunt juvenes leti, mistique puella,
Diffundetq; animos omnibus illa dies.
rospera lux oritur, linguisq; animisq; favete,
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
rospera lux oritur cuius securus favore
Ociaterraferax,ocia pontus habet.
te vacant aures, insanaque protinus absunt
Furgia: cum nautis ocia miles agit.
imma nitore suo templorum verberat aurum,
Et tremulum summa spargit in ade jubar.
mq; novi preceunt fasces, nova purpura fulget,
Et nova conspicuum pondera sentit ebur.
ppiter arce sua totum cum spectet in orbem,
Nil nisi Confratres, quos tueatur, habet.
lve festa dies, meliorq; revertere semper,
Neve suum presta deserat author opus.
ijq; petitorum vos o salvēte locorum,
Tuq; novos cælo terra datura Deos.

Este

De Fratribus R. C.

*Estē bonis avibus visi, vestrisq, mihiq,
Ripaque felici tacta sit ista pede.
Felices anima, quibus hac cognoscere primum,
Inque domos superas scandere cura fuit.
Et aliquid plenis pomaria carpere ramis,
Et tenui primam deligere ungue Rosam.
Plus etiam quam quod superis contingere fas est,
Nulla quibus reddi gratia digna potest.
Credibile est illos pariter vitiisq, jocisq,
Altius humanis exeruisse caput.
Ista vetus pietas, ævo moritura futuro,
Rustica Saturno regna tenente fuit.
Non Venus, & Vinum sublimia pectora fregit:
Officiumq, fori, militiæq, labor.
Nec levis ambitio, perfusaq, gloria fuco,
Magnarumve fames sollicitavit opum.
Admovēre oculis distantia sidera nostris,
Ætheraq, ingenio supposuere suo.
Consortes operum, per quos correctæ vetustas,
Quernaq, glans victa est utiliore cibo;
Fructibus immensis avidos satiate colonos,
Ut capiant cultus premia digna sui.
Vos date perpetuos teneris sementibus auctus,
Nec nova per gelidas ulla sit herba nives.
Cum serimus cælum ventis aperite serenis,
Cum latet, ætherea spargite semen aqua.*

Cento Ovidianus

Ecce petunt rupes, præruptaq; saxa capellæ,
Ut referant hædus ubera plena suis.
● Aspice curvatos pomorum pondereramos,
Ut sua quod peperit vix ferat arbor onus
Hæc ego cum sumptis agitare mente tabellis,
Lucidior visa est, quam fuit ante, domus.
Tum sacer accipiti mirandus imagine Frater
Sancta repente oculis obtulit ora meis.
Extimui, sensiq; metu riguisse capillos.
Et gelidum subito frigore pectus erat.
Non aliter stupui, quam qui Jovis ignibus ictus
Vivit, & est vita nescius ipse sua.
Celsior ille loco, sceptroq; innixus eburno,
Edidit hos nobis ore priore sonos:
Cui commune genus mecum, & patrueлис origo,
O vir colloquio non abigende mea,
Disce metu posito vates operose dierum
Quod petis, & memori pectore dicta nota.
● Affectasse ferunt regnum cæleste Gigantes:
Aspice quam longi temporis acta feram.
Jamq; quiescebant voces hominumq;, canumq;
Lunaq; nocturnos alta regebat equos.
En Galatea jacet tunicâ velata recinctâ,
Candida dividuâ colla tegente comâ.
Ut tetigit nivea secreta cubilia Nympha
Ipse Cyclops nutu, sollicitansq; notis.

Et

De Fratribus R. C.

Et jam finitimo corpus librarat in antro,
Illa tamen multo plena soporis erat;
Forma placet, niveusq; color, flaviq; capilli,
Quiq; aderat nulla factus ab arte decor.
Candida vestis erat, præcincti flore capilli,
Alba verecundus tinxerat ora rubor.
Oscula dat manibus, vix jam vix cetera differt,
Forma papillarum quam fuit apta premi?
Quam castigato planus sub pectore venter,
Quantū, & quale latus, quam juvenile femur
Gaudet, & à pedibus tracto velamine vota
Ad sua felici ceperat ire via.
Exuerat tunicas uteri manifesta tumore:
Proditur indicio ponderis ipsa sui.
Nunc uterus vitio est, quæ vult formosa videri,
Raraq; in hoc ævo est quæ velit esse parens.
Filius hinc genitus, qui quanquam clarus utroq;
Nobilior sacra sanguine matris eram.
Dicite, Tu nobis lucem Lucina dedisti:
Dicite, Tu voto parturientis ades.
Ecce Deum Genitor rutilas per nubila flammæ
Spergit, & effusis æthera siccant aquis.
Non alias missi cecidere frequentius ignes,
Rex pavet, & vulgi pectora terror habet.
Ter tonuit sine nube Deus, tria fulmina misit,
Et gravis æthereo venit ab axe fragor.

Cento Ovidianus,

Mox Genetrix flenti, Fortuna viriliter, inquit,
Siste puer lachrimas, multa ferenda tibi est.
Pone metus, inquit, nunquam tibi causa doloris:
Differ, habent parva commoda magna mora.
Vita feris similis nullos agitat a per usus,
Nectar erit palmis hausta duabus aqua.
Exul, inops, errans, alienaq; limina lustrans,
Exiguumq; petens ore tremente cibum,
Omni bus invisus, nec eris miserabilis ulli,
Gaudebit fato femina, virq; tuo.
Accedet lachrimis odium, dignumq; putabunt,
Qui mala cum tulerit plurima, plura ferat.
Nec fera tempestas toto tamen errat in anno,
Et tibi, crede mihi, tempora veris erunt.
Vidi ego pampineis oneratam vitibus Ulmum,
Qua fuerat sevo fulmine tacta Jovis.
Dixerat: & vultu, si plura requirere vellem
Difficilem mihi non se fore pactus erat.
Sumpsi animum, gratesq; Deo non territus egi,
Verbaq; sum spectans pauca locutus humum:
Si licet occultos monitus audire Deorum
Vatibus, ut certè fama licere putat;
Dic age cur uxor vivo tibi viva negatur,
Et domus, & fida dulcia membra domus!
Nunc procul Illyricis leva de parte relictis
Interdicta tibi cernitur Italia.

Nunc

De Fratribus R. C.

Nunc & Alexandri claram delatus in urbem
Delitias cernit, Nile jocosae, tuas.

Antibi perpetuo patria tellure carendum est,
Ni fuerit laesi mollior ira DEI!

Numen, & auxilium per sacras quaerite sortes,
O pater, ô patria spesq;, salusq;, tua!

Quasi eram paucis, non multis ille moratus
Contulit in versus sic sua verba duos:

Omne solum fortis patria est, ut piscibus æquor,
Ut volucris vacuo quidquid in orbe patet.

Postea quarebam, pateretur Numinis iram,
An meriti pœnam! Percipe Frater ait:

Conscia mens ut cuiq; sua est, ita concipit intra
Pectora pro facto spemq;, metumq;, suo.

Desierat Frater, nec longa silentia feci,
Sed tetigi verbis ultima verba meis:

Speravi melius, quia te meruisse putavi:

Quaecunq; ex merito spes venit æqua venit.
Sic erat in fati? & non te culpa fugavit!

Sed Deus offenso pelleris orbe Deo!

Passus idem est, Tyrijs qui quondam pulsus ab o
Cadmus, in Aonia constitit exul humo.

Passus idem est Tydens, & idem Pegaseus Jason,
Et quos præterea longa referre mora est.

Omen ait causa est: motuq; hos ante sciebam,
Multaq; præterea tempore nata fidem.

Cento Ovidianus

Sapè ego nimboris dubius jactabar ab hædis,
Sape minax Steropis sidere pontus erat.
Fuscabatq; diem custos Erymantidos ursa.
Aut Hyadas sevis hauserat Auster aquis.
Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent,
Parvaq; quot siccus corpora pulvis habet
Cura, dolorq; animi, lachrymaq; alimenta fuere
Horaq; erat tantis ultima nulla malis.
Multaq; credibili tulimus maiora, rataq;
Quamvis acciderint, non habitura fidem.
Finierat monitus: placidis ita rursus, ut ante,
Humanum verbis alloquor ipse Deum:
An miserum tristis fortuna tenaciter urget,
Nec venit inceptis mollior aura tuis?
Ipse ego nunc miror tantis animiq; mariq;
Fluctibus ingenium non cecidisse tuum.
Divitiis etiam multos, & honoribus auctos
Vidi, qui tulerant in caput armatum.
At puto fructus adest, justissima causa laborum,
Et sata cum multo fœnore reddit ager.
Carcere dicuntur clausi sperare salutem,
Atque aliquis pendens in cruce vota facit.
Quamvis est igitur meritis indebita nostris,
Magna tamen spes est in bonitate Dei.
Multa quidem didici: sed jam tibi meta laborum
Instat: Ad hæc tales reddidit ore sonos:

Inter

De Fratribus R. C.

Inter utrumq; fremant immani murmure venti;
Sapè premento Deo fert Deus alter opem.
Mulciber in Trojam, pro Troja stabat Apollo,
Æqua Venus Teucris, pallas iniqua fuit.
Anxia si rerum munerentur fata mearum,
Omne genus miseri vitæ laboris habet:
At si cura Jovis, pia si clementia cæli
Spectetur, vero sors mea læta bono est.
Perlege dispositas annosa per atria ceras,
Contigerant nulli nomina tanta viro.
Dixit, & ignotas animum dimittit in artes,
Naturamq; novat: vidit, & obstupuit.
Presserat ora Deus, tunc sic ego nostra resolvì,
Voce mea voces eliciente DEI,
Si vitæ series semper tibi læta fuisset,
Virtutis tacitum delituisse opus?
Nunc cadem gravibus rerum percussa procellis
Tollitur, & recti non leve nomen habet?
Templorum positor, templorum sancte repertor.
Sit superis opto mutua cura tui.
Dent tibi cælestes, quos tu cælestibus annos,
Præq; tua maneant in statione domo.
Tu populos, urbesq; & regna ingentia finis,
Omnis erit sine te litigiosus ager.
Nulla tibi ambitio est, nullo corrumpere auro.
Legitimâ servas credita rura fide.

Omnia

Cento Ovidianus

Omnia te metuunt, ad te sua brachia tendunt,
Vulgus quo magnâ voce triumphæ canit.
Omnia debentur vobis: tibi thuris honores,
Templa tibi statuam, Numinis instar eris.
Numinis instar eris semper mihi, meque fatebor
(Lux aeterna mihi) muneris esse tui.
Dicere sum solitus, tu me reficisque fovesque:
Credula res amor est, sæpe tamen dubitat.
Ille manu mulcens propex am ad pectora barbam,
Nec mora, quasi redditæ causa mihi est.
Me penes est unum fasti custodia mundi,
Et jus Vertendi cardinis omne meum est.
Cum libuit pacem placidis emittere teetis
Libera per tutas ambulat illa vias.
Sanguine lethifero totus miscbitur orbis,
Ni teneant rigida condita bella seræ.
Præsideo foribus cæli cum mitibusque Horis,
Et redit officio Jupiter ipse meo.
Et Deus humana lustris sub imagine terras,
Eoas partes, Hesperias simul.
Artibus ipse ego nunc populos reparabo paternis:
Jam satis est virtus dissimulata diu.
Nunc quoque detecti referam monimenta vetusti
Moris, et antiquas testificabor opes.
Omnia jam fient, fieri quæ posse negabas,
Et nihil est de quo non sit habenda fides.
Quod.

De Fratribus R. C.

Quodcumq; optaris, stygias iuravimus undas,
Ne dubita dabitur: qui fuit ante, manet.
Quid dubitas, & tuta times? accede rogaq;
Nunc fas est homini cum Jove posse loqui.
Est Deus in nobis, nostri quoq; sanguinis author
Iuppiter est, cuncta & sunt mea templa Jovi
Quidquid contigeris, fulvum vertetur in aurum.
Talia fatidici dicta fuere senis.
Stulta veneficij tamen est via: noster Apollo
Innocuam sacro carmine monstrat opem.
Me duce non tumulo prodire jubebitur umbra,
Non anus infami carmine rumpet humum.
Non seges ex aliis alios transibit in agros,
Nec subito Phæbi pallidus orbis erit.
Dixit, & attollens oculos diversa tuentes,
Aspexit toto quidquid in orbe fuit.
Dicta fides sequitur, responsaq; Vatis aguntur:
Dent modo Dij vires in mea verba suas.
Pax erat, ut desunt hostes, ut causa triumphi,
Pax ades, & toto mitis in orbe manet.
Exuitur feritas, armisq; potentius æquum est,
Et cum crue pudet conservasse manus.
Aurea messis erat, flumen vis aurea tinxit,
Lamina fulva dapes, debita solvit honor.
Sape canes, leporesq; umbra jacuere sub una,
Et stetit in saxo proxima cervalea.

Cento Ovidianus,

Et sine lite loquax cum palladis alite cornix
Sedit & accipitri juncta columba fuit.
Talia miranti Frater monstraverat ille,
Subjuxi hac dictis ultima verba meis:
Hæc mihi semper erunt imis infixæ medullis,
Perpetuusq; animi debitor huius ero.
Spiritus & vacuas prius extenuandus in auras
Ibit, & in tepito deseret ossa rogo:
Quam subeant animo meritorum obliviam nostro,
Et longâ pietas excidat ista die.
Maxime, qui tanti mensuram nominis imples,
Et geminas animi nobilitate genus;
O Decus, ô patriæ per te florentis imago,
O vir non ipso, quem regis, orbe minor:
Dij tibi sint faciles, & opis nullius egentem
Fortunam præstent, dissimilemq; mea.
Detur in offensa vitæ tibi tangere metam,
Qui legis hoc nobis non inimicus opus.
O Facunde senex ævi prudentia nostri,
Dij faciant laudis summa sit ista tuæ.
Heu mihi non magnas quot habent mea carmina
Nostraq; sunt meritis ora minora tuis. (vires,
Quantumcunq; tamen præconia nostra valebunt,
Carminibus vives tempus in omne meis
Optavi peteres cælestia sidera tardè,
Parsq; fui turba parva præcantis idem.

Tarda

De Fratribus R. C.

*Tarda sit illa dies, & nostro serior ævo,
O Pater, ô patriæ cura, salusq; tua.
Et pia thura dedi pro te, cumq; omnibus unius
Ipse quoq; adjuvi publica vota meis.
Non tua carminibus major sit gloria, nec quo
Ut major fiat crescere possit habet.
Fama Jovis superest, tamen hunc sua facta refert
Et se materiam carminis esse juvat.
Nos quoq; per totum pariter cantabimur orbem,
Junctaq; semper erunt nomina nostra tuis.
Rumpere livor edax, magnū jam nomen habemus
Majus erit, tantum, quo pede cæpit, eat.*

FINIS.

*Non εὐνοίας, non Φιλαδελφίας ἕνεκα scribſit
Amicus qui scribſit, ſed χλευαστὴς χρό-
λαῖ. fallendi temporis ergo.*

LECTORI S.

LECTORI S.

Nōnulla errata in duplica nostra, εἴ αὖτις reliquit
 stinans Typographus, quae te ipsum pro candore
 tuo, εἴ prudentia facile correcturum esse putamus.
 Interea, si vis, exspectabis, donec ad Calendas Gra-
 eas tibi tradat ἡ κορυφαία, καὶ πρεσβυτάτη τῶν Φι-
 λοσοφοθολόγων ἀκρότης, si Displaceat inferis, Fra-
 ternita: ταῖς δυνάμασι πεπλεγμένων Ἰπσημῶν. Nam co-
 itationes suas non calentes, non recentes ab incude
 protrudere solet, sed Horatiani praecepti memor non
 nilum in nonum usq; annum lima laborem, εἴ μο-
 ram adhibet, verum etiam tum demum nobis, quae
 promisit, videre licebit, cum mula pepererit. Hac
 ibi propter tuam ἀσφάλειαν paucis significanda
 esse duximus, ne, cum opinione tua diutius in su-
 benso teneberis, animo concidas, εἴ despondeas, Fra-
 ternitatem tandem aliquando τῷ ῥήματι τῆς δυνά-
 μως αὐτῆς fidem suam παντοκρατορικῶς liberaturam
 esse. Vale.

LECTORI S.

Nōnulla errata in duplica nostra, & alibi reliquit
 stinans Typographus, quae te ipsum pro candore
 tuo, & prudentia facile correcturum esse putamus.
 Interea, si vis, exspectabis, donec ad Calendas Gra-
 eas tibi tradat ἡ κορυφαία, καὶ πρὸς βυτά τῶν φι-
 λοσοφοθολόγων ἀκρότης, si Displaceat inferis, Fra-
 ternita: ταῖς δαύματ'α πεπεσμένων Ἰπσιμηῶν. Nam co-
 itationes suas non calentes, non recentes ab incude
 protrudere solet, sed Horatiani praecepti memor non
 solum in nonum usq; annum lima laborem, & mo-
 ram adhibet, verum etiam tum demum nobis, quae
 promisit, videre licebit, cum mula pepererit. Hac
 tibi propter tuam ἀσφάλειαν paucis significanda
 esse duximus, ne, cum opinione tua diutius in su-
 penso teneberis, animo concidas, & despondeas, Fra-
 ternitatem tandem aliquando τῷ ῥήματι τῆς δυνά-
 μως αὐτῆς fidem suam παντοκρατορικῶς liberaturam
 esse. Vale.

LECTORI S.

Nonnulla errata in duplica nostra, & alibi reliquit
 stinans Typographus, quae te ipsum pro candore
 tuo, & prudentia facile correcturum esse putamus.
 Interea, si vis, exspectabis, donec ad Calendas Grae-
 cas tibi tradat ἡ κορυφαία, καὶ πρεσβυτάτη τῶν Φι-
 λοσοφοθεολόγων ἀκρότης, si Displaceat inferis, Fra-
 ternita. Ταύματα τετελεσμένων Ἰπσημῶν. Nam co-
 itationes suas non calentes, non recentes ab incude
 protrudere solet, sed Horatiani praecepti memor non
 solum in nonum usque annum lima laborem, & mo-
 ram adhibet, verum etiam tum demum nobis, quae
 promisit, videre licebit, cum mula pepererit. Hac
 tibi propter tuam ἀσφάλειαν paucis significanda
 esse duximus, ne, cum opinione tua diutius in su-
 penso teneberis, animo concidas, & despondeas, Fra-
 ternitatem tandem aliquando τῷ ῥήματι τῆς δυνά-
 μεως αὐτῆς fidem suam παντοκρατορικῶς liberaturam
 esse. Vale.

LECTORI S.

Nōnulla errata in duplica nostra, & alibi reliquit
 stinans Typographus, quæ te ipsum pro candore
 & prudentia facile correcturum esse putamus.
 Interea, si vis, expectabis, donec ad Calendas Gra-
 æs tibi tradat ἡ κορυφαία, καὶ πρεσβυτάτη τῶν Φι-
 λοσοφοθεολόγων ἀκρότης, si Displaceat inferis, Fra-
 ternita: τὰ θαύματα τετελεσμένων Ἰππισμῶν. Nam co-
 itationes suas non calentes, non recentes ab incude
 retrudere solet, sed Horatiani præcepti memor non
 solum in nonum usq; annum lima laborem, & mo-
 ram adhibet, verum etiam tum demum nobis, quæ
 promisit, videre licebit, cum mula pepererit. Hac
 ibi propter tuam ἀσφάλειαν paucis significanda
 esse duximus, ne, cum opinione tua diutius in su-
 benso teneberis, animo concidas, & despondeas, Fra-
 ternitatem tandem aliquando τῷ ῥήματι τῆς δυνά-
 μεως αὐτῆς fidem suam παντοκρατορικῶς liberaturam
 esse. Vale.

LECTORI S.

Nōnulla errata in duplica nostra, & alibi reliquit
 stinans Typographus, quæ te ipsum pro candore
 tuo, & prudentia facile correcturum esse putamus.
 Interea, si vis, exspectabis, donec ad Calendas Gra-
 æs tibi tradat ἡ κερυφαία, καὶ πρεσβυτάτη τῶν Φι-
 λосоφολόγων ἀκρότης, si Dis places inferis, Fra-
 ternita τα δαύματα τετελεσμένων Ἰπσισημῶν. Nam co-
 itationes suas non calentes, non recentes ab incude
 retrudere solet, sed Horatiani præcepti memor non
 nil in nonum usq; annum lima laborem, & mo-
 ram adhibet, verum etiam tum demum nobis, quæ
 promisit, videre licebit, cum mula pepererit. Hac
 ibi propter tuam ἀσφάλειαν paucis significanda
 se duximus, ne, cum opinione tua diutius in su-
 penso teneberis, animo concidas, & despondeas, Fra-
 ternitatem tandem aliquando τῷ ῥήματι τῆς δυνά-
 μως αὐτῆς fidem suam παντοκρατορικῶς liberaturam
 se. Vale.